

(for your information)

Our Lady of the Rosary Chapel

P. O. BOX 237

MONROE, CONNECTICUT 06468

(203) 261-8290

die 10^a martii 1983

Excellentissimi:

Si mihi permetteretis aliquas observationes super novissimo articulo Patris J. Vida Elmer (monograph no. 64):

Videtur haec quae puto recte exposuit de jurisdictione episcoporum legitime sed extra-canonice consecratorum, demonstrare necessitatem urgentiorem concilii imperfecti (secundum doctrinam Sancti Doctoris Roberti Bellarmini) ad implendam sedem vacantem, et ita supplendum caput Sanctae Matri Ecclesiae iterum.

Aliter non videtur, si quidem non erravit in sua argumentatione, viam esse uniendi sacerdotes traditionalistes (et sub ipsis ipsos fideles) sub hierarchia aliter in via reconstitutionis quantum ad episcopos. Si infeliciter, ut apparet, hanc unitatem non est procurandam per voluntariam submissionem vobis ut veris successoribus Apostolorum, sed solummodo per papam vobis dantem jurisdictionem sine dubio ordinariam, tunc habeamus veram papam quam primum!

Estne dubium positivum adhuc, ex una parte, de principio bene probato Sancto Roberto papae se deponentis si haereticum esse invenitur? Aut altera parte de facto haeresis (manifestae quidem) in hoc Joanne Paulo? Mihi videtur auctoritatem Sancti Roberti esse maximam nobis ad manum in his rebus de Ecclesia, et quidem non sine divina providentia.

Estne iterum dubium de ipsa via quam etiam monstravit pro eligendo papam in loco haeretici, scilicet concilio "imperfecto" episcoporum (non dicit Cardinalium) ad hunc finem tantum? Loquitur quidem de Concilio Generali, quod videtur in nostris circumstantiis habere includere quotquot episcopos vere ordinatos necnon orthodoxos (Concilium Vaticanum II adjurandos) reliquuntur in mundo et possunt vocari ad dictum Concilium. Nemo saltem videtur proposuisse aliam viam (inter theologos) agendi in tali casu papae haeretici, aut refutasse quae scripsit S. Robertus de Generali Concilio Imperfecto.

Cum his litteris mitto materiam ad rem de operibus Sancti Doctoris. Habeo accessum ad reliqua si de eis vultis.

In Christo et Ecclesia,

P. Robertus McKenna, O.P.

P. Robertus McKenna, O.P.